



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 30. Idololatriæ Ruina in Ægypto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

## §. XXX.

Sæculum IV.  
A. C. 391.*Idololatriæ ruina in Ægypto.*

Postquam Serapis cecidit, nulli Idolorum templo non Alexandria modo, sed & in tota reliqua Ægypto stare licuit. Singulis locorum Episcopis curæ fuit, ut destruerentur, quod in urbibus, & oppidis, ruri, in Nili ripis, atque etiam in desertis effectum. Dum templa Alexandria *Ruff. II. c. 24.* deijciuntur, crudelia Mythræ Mysteria patuere; in locis secretissimis, quæ Gentiles Adyta appellabant, inventa sunt abscissa infantum capita labiis deauratis, quod victimis fieri solebat; præterea picturæ inventæ, sævissima mortis genera exhibentes. Nam infantes jugulare adsueverant, præsertim puellas parvulas, atque in earum visceribus futura scrutari. Tanta sævitia manifestata, erubescences Pagani turmatim convertentur. *Socr. V. c. 61.*

Sacerdotum quoque falsorum Deorum detectæ sunt fraudes, quibus populorum simplicitatem decipiebant. Quædam *Theod. V. c. 2.* Idola lignea, vel ænea, intus cava, humeris suis muris incumbebant, per quos latentia itinera ducebant; ita occulte ascendentes Sacrificuli, & Idola ingressi, oracula, ut lubebat, fundebant. Tyrannus, Saturni Sacerdos, hac arte urbis Primorum uxoribus illusit. Marito dicebat, Deum

*Ruff. II. c. 25.*



Sæculum IV. Deum mandasse, ut uxorem mitteret,  
A. C. 391. noctem in templo transacturam. Maritus  
 lætissimus, quod se Saturnus tanto honore dignaretur, uxorem, pulcherrimam, quem haberet, cultu, ornatam, & oblationibus onustam mittebat; hæc in templo, cunctis videntibus, sola includebatur, Tyranus portarum claves alteri publice dabat, & recedebat. At nocte concubia per viam subterraneam veniebat, & intrabat in Idolum. Multæ in templo accensæ faces lucem dabant, cum igitur mulier, precibus suis intenta, neminem videret, & tamen repente vocem, ex Idolo se alloquentem, audiret, mixta pavore læticia afficiebatur. Tyranus, postquam Saturni nomine, talia dixerat, quæ mulieris timorem auferent, aut ad id, quod ipse facturus erat, patiendum attonitæ animum præpararent, subito, dispositis in hunc effectum linteis, omnia lumina extinguebat; tum descendens, faventibus tenebris, libidinem explebat. Jam multo tempore mulieribus imposuerat veterator, dum una, cæteris prudentior, ad hanc lasciviam exhorruit, & attentius auscultans, Tyrani vocem agnovit; ergo domum reversa, fraudem marito aperit. Hic statim actionem in iudicio movit, Tyranus quæstioni admotus, & propria sua confessione convictus, multarum Alexandriæ urbis familiarum infamiam pro palavit,



palavit, tot adulteria manifestans, & in-  
certam plurimæ sobolis originem. Hæc  
crimina vulgata non parum ad Idolorum,  
templorumque everisionem contulerunt.

Theophilus Idola ex metallo liquari  
jussit, ut ex iis lebetes, aliaque vasa ad  
usum Ecclesiæ Alexandrinæ conficeren-  
tur; nam hæc Idola ei Imperator dona-  
verat, in pauperum necessitates confe-

renda; hinc Gentilibus occasio nata di-  
cendi, Episcopum, ut ipsis bellum mo-

veret, avaritia impulsus. Idolum uni-  
cum servavit integrum, inter cœtera ma-  
xime ad risum movens, effigies Simiæ  
fuisse creditur, & publice hominum ocu-  
lis exposuit, *ne aliquando, inquebat: Gen-*

*tiles negare possint, se tales Deos adorasse.*

Destructionem templorum, Deorumque  
Ægypti referunt ad annum 389. quo for-  
te cœpta fuerit, sed duobus, tribusve  
annis duravit, sicut cognoscitur ex Lege  
Theodosii directâ ad eosdem Ministros,  
qui eam executi sunt, Evagrium Præfe-  
ctum, & Romanum Comitem, data Aquil-  
leæ decimo quinto Calendas Julii, Tatia-  
no, & Symmacho Consulibus, id est, de-  
cima septima Junii, anno 391. in hac le-  
ge omnibus, & singulis prohibetur sacri-  
ficare, templa circuire, intrare, aut quem-  
cunque demum cultum Diis exhibere.

Judex, qui tempore, quo munere suo  
fungitur, loca ista profana ingressus fue-  
rit,

Sæculum IV.  
A. C. 391.

Socr. V.  
c. 16.

Eunap. in  
Ædes p. 74.

Idololatriæ  
Ruina.

Chr. Mar-  
cell. an. 389.

rit,



Sæculum IV.  
A. C. 391.

rit, ad dandas quindecim auri libras ap-  
pensas damnabitur. Nempe aliqui Ma-  
gistratus adhucdum Deorum cultores  
erant. Nihilominus Theodosii maximum  
veræ Religionis studium efficere non va-  
luit, quin celebria in pluribus Orientis  
urbibus templa, Deos suos defendentibus  
populis, intacta remanerent; talia vise-  
bantur in Arabia, Petra, & Areopoli, an-  
tiqua Moabitarum Metropoli; in Pala-  
estina Raphiæ, & Gazæ, ubi saltem Marnæ  
templum claudi iussum.

*Hieron. de*  
*loc. hebr.*  
*Moab. ep. 7.*  
*ad Læt. 6.*  
*2.*

*Eunap.*  
*Ædes. p. 71.*

Inter celebratissimas Ægypti urbes  
Canopus erat, in Insula quadam duode-  
cim miliaribus, aut quatuor leucis Ale-  
xandria distans, ad unum Nili ostium lo-  
co salubri, & jucundissimo posita. Plura  
ibi visebantur templa; magna peregri-  
norum frequentia. Attamen non major  
hominum, quamvis plurimi essent, quam  
scelerum multitudo; nam obtentu Gym-  
nasia, in qua litteræ Sacerdotales Ægyptio-  
rum discerentur, prope publice magicæ  
artes docebantur. Sophista aliquis, cui  
nomen Antoninus, & Mater ejus Sosipa-  
tra paucos ante annos non vulgarem sibi  
famam comparaverant; at Antoninus,  
Imperatoris pietatem pertimescens, ar-  
tem occultabat. Is everisionem templi,  
& ipsius Serapis ruinam præfagiisse, dici-  
tur, quod vaticinium inter Gentiles ita  
erat vulgatum, ut S. Augustinus inde an-  
sam



fam acceperit, librum de Divinatione Dæ-  
 monum scribendi. Singularis urbi Canopo Sæculum IV.  
A. C. 391.  
 Deus erat Idolum ridiculum, quod loco  
 corporis humani solo capacissimo ventre  
 constabat; impositum erat caput, & sub-  
 tus pedes visebantur; cæterum brachia,  
 crura, aliæque partes desiderabantur.  
 Hujus Dei hanc narrabant originem, &  
 historiam; Chaldæi olim ignem, quem Ruff. II.  
c. 26.  
 adorabant, peregrinantes ubique secum  
 ferebant, eumque cæterorum Deorum  
 omnium victorem jactabant. Quippe  
 nullum Idolum vi ignis poterat resistere,  
 sed omnia comburebantur, aut liquefie-  
 bant, aut saltem naturam mutabant.  
 Egyptii habebant vasa magna, ex terra  
 cocta, in infima parte punctim perforata,  
 quibus utebantur, ut infusa Nili aqua,  
 luto hærente, pura efflueret. Uni tali  
 vasi Canopi Pontifex in fundo ceram ob-  
 duxit, illudque aqua implevit, tum vete-  
 ris cujusdam statuæ caput amputatum  
 rotundæ machinæ concinne aptavit.  
 Advenientes Chaldæi ignem Deo subje-  
 cerunt; & ecce! liquefacta cera prorum-  
 pens aqua ignem extinxit. Hoc modo  
 Canopus Chaldæorum Deum superavit,  
 delevit.

## §. XXXI.

*Monasteria Canopi.*

Theophilus Episcopus quieti caput non Ruff. II.  
c. 27.  
 dedit, donec templa omnia in Cano-

*Hist. Eccles. Tom. IV.*

Ppp

po